



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Triapostolatus Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

Epistola S. Ansgarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43650

APPENDIX

EPISTOLARVM ET DE-
cretorum, Papalium, Imperialium, &
Episcopaliū; pro superioribus il-
lustrandis & confir-
mandis,

Epistola S. Ansgarij.



EN nomine Sanctæ & indiuiduæ
Trinitatis. Ansgarius gratia Dei
Archi-Episcopus, omnibus Sanctæ
Dei Ecclesiæ Præsulibus in
Regno duntaxat Ludovvici Re-
gis commanentibus.

Nosse vos cupio, quia in hoc libello
continetur, qualiter Ebo Rhemensis Archi-
Episcopus diuino afflatus Spiritu, tempori-
bus Domini Ludovvici Imperatoris, cum
consensu ipsius ac penè totius Regni eius
Synodi congregatæ, Romam adiit; ibique à
Venerabili Papa Pascali publicam Euange-
lizandi licentiam in partibus Aquilonis ac-
cepit. Et qualiter postea Ludovvicus Impe-
rator hoc opus sublimauit; seque in omni-
bus largum præbuit & beniuolum, & cæte-
ra quæ huic Legationi contigerunt. Quapro-
pter suppliciter deprecor, vt apud Deum in-
tercedatis, quatenus hæc Legatio crescere
& fructificare mereatur in Domino. Iam e-
nim Christo propitio & apud Danos & a-
pud Sueo-

*Ebo Rhe-
mensis Ar-
chi-Episco-
pus.*

L 5

pud Sueo-

apud Sueones Christi fundata est Ecclesia, & Sacerdotes absque prohibitione proprio funguntur officio. Precor etiam vt has literas in Bibliotheca vestra ad perpetuam memoriam reponi faciatis, & prout locus distauerit tam vos quam successores vestri, vbi utilitatem perspexeritis, notum omnibus istud faciatis. Omnipotens Deus faciat vos omnes huius operis piâ beniuolentiâ participes, & in cœlesti gloria Christi cohæredes.

*Litera
Pascalis
in Biblios
hecis ser-
uanda.*

*Decretum Domini Papæ Pascalis, super mis-
sione Ebonis.*

Pascalis Episcopus Seruus Seruorum Dei;
Vniuersis Sanctissimis Fratribus Coë-
piscopis, Presbyteris, seu cæteris Ecclesiasti-
cis Ordinibus, gloriosissimisque Principibus,
Ducibus, siue magnificis Comitibus, vel cun-
ctis Christianis Dei fidelibus. Cùm religio-
sissimum constet, curam ac sollicitudinem
erga Dominicum gregem, quem diuinâ dis-
pensatione suscepimus gubernandum, at-
que cœlestia pabula salubri communicatione
subministrandum; maximè his qui in com-
pitis & pagis sub principe tenebrarum calli-
dâ persuasionem persistunt, & viam vitæ igno-
rantes deuij non quæ sursum sunt, sed quæ
deorsum stultâ instigatione perquirunt. Sed
quia in partibus Aquilonis quædam Gentes
consistere, quæ necdum agnitionem Dei ha-
bere, nec sacrâ vndâ Baptismatis sunt renati,
sub